

0906.

32 46

D. O. M. 'A.

Dn JEREMIAE REUSNERI Jcti

Celeberrimi,

Ventilationis Successionis Le-

gitimæ,

DISPUTATIO SECUNDA

DE

SUCCESSIONE ASCENDENTIUM.

Quam
Consentiente Magnificæ & Nobilissimæ Facultate Juridicæ in illustrè
Academiâ Witteberge

PRÆSIDE

DAVIDE CICHORIO

LUSATO J. V. D.

Publicæ placidæq; eruditorum ventilationi subjecit

ARNOLDUS CHRISTOPHORUS

NEFE Hall. Saxo

In auditorio Jureconsultorum

ad d. 1 Julii



WITTEBERGÆ

Typis Viduæ Johann Haken



D. O. M. A.

Dr JEREMIAE REUSNERI

Calchettini

Ventilationis Successionis L-

gimus

DISPUTATIO SECUNDA

DE

SUCCESSIONE

ASCENDENTIUM

Quam

Consensu Magnifico & Reverendissimo Praesidentis

Academiae Praesidentis

PRÆSIDIS

DAVIDE CICHORIO

LUSATO J. V. D.

Publico Praeside in Academiae Praesidentis

ARNOLDUS CHRISTOPHORUS

NEPESINUS

In Academia Praesidentis

WILHELMUS

Typis Johannis





Ad

Pereximium s. *politissimum*,

Dn. Respondentem

Commensalem meum dilectissimum

Non desinis, Nesi polite mi, antequam
Ingurgites in Te Omne jus, & jusculi
Si Sanctioris est, quid uspiam exptis
Vergere cupide in pectus illud nobile
Tuum. Enthea rapit Scilicet Te vis, rapit.
Næ accipit hæc Nefius, quicquid volet.
Sed quid volet nisi justa, nisi inclita, bona
Unde qveat honor, qveat & venire laus
Perennis, est quã melius est nildignius :

M. Nicolaus Pompejus

Mathematicum Inferiorum Professor



Wol dem vnd drey mahl wolder seine kühne Jugend
Begeistert mit der Kunst/ vnd strebet nach der tugend
Dem

Denn der wird nuhr mit recht ein rechter Mensch genent
Der das was tugend sahm vnd auch die Musen kent;
Ein hoch belebter Geist Vernichtet nicht gedinge/
Was vielen ist gemein das achtet er geringe/
Sein Edler kühner muth helt nicht des pöbels bahñ/
Wie mancher! fauler thut/ er steigt hi mmel an/
Den sein so frisches Herz wil seine Tugend gaben
Nicht in der Erden grufft in Himmel selbst begraben:
Sein Edle Sele will in lebend nicht allein
Besondern nach den Tod/ auch nach gepriesen sein.
Was sag ich dan von dier/ Herr Nese deine gaben
Bezwingen manchen Sinn dich lieb vnd wehrt zu haben
Du bist der/der da geht der Weisheit schmales psadt
Der/den die Tugend selbst mit lust geseuget hatt
Die Bücher deine lust/ vnd /liebliche Syrenen
Bepreiset deine faust, vor venus vnd Helenen/
Wen andre sind bestrickt von der er wehnten schaar
Mit unbenenten Nese so bistu ohn gefahr/
Da wiltu lieber vor dein Corpus Juris lesen
Vnd derer schrifften die sehr tröfflich sind gewesen
Wollan/fahr weiter fort/ fahr fort du hoher Geist
Dis ist der rechte weg der dich zur Tugend weist
Hier lernestu was recht/ hier lernst dein Geist recht rathen
Den Göttern dieser Welt den grosen Potentaten:
Den diese wissenschaft macht erslich recht gelehrt
Vnd wenn der Himmel wil bey hohen Haupter werth.

Gesetzt von

Christoff Henrich Kuelen
aus der New-Marck.

DN. JEREMIAE REUSNERI Jcti

Celeberrimi,

Ventilationis Successionis Legitimæ
DISPUTATIONEM SECUNDAM,

DE

SUCCESSIONE ASCENDENTIUM

sub Præsidio

DAVIDIS CICHORII LUSAT.

J.V.D.

Publicè propugnabit

ARNOLDUS CHRISTOPHORUS NE-
FIUS Hall, Sax.

CONTINUATIO.



IN PRÆCEDENTE DISPUTATIONE diximus legitimam successionem, quæ ex naturalis ratione, sanguinis nim. & proximitatis jure, nobis defertur primariam esse vel secundariam: de primariâ ibidem egimus, sequitur jam SECUNDARIA, quæ secundariò, eoque turbato mortalitatis ordine

competit. l. nam et si. 15. pr. ff. de inoff. test. l. scripto. 7. § 1. ff. unde lib. quæ vel Ascendentium vel Collateralium. De ASCENDENTIBUS in hac Disp. II.

THESIS I.

VENIUNT AUTEM ASCENDENTIUM APPELLATIONE NON tantum parentes usque ad tertiam propriè sic dicti: sed & ulteriores, qui non habent speciale nomen, & majores appellantur. l. 1. in pr. l. 7. C. de us. 10. §. parentes. 7. ff. de grad. & ad fin. pr. & t. t. Inst. de grad. cognat.

D

II. Hi

II.

Hi similiter ut descendentes Legitimi sunt vel Illegitimi. **ILLI** vel Naturâ vel Jure tales. Sunt enim parentes & liberi correlata inter sese, und: quod in uno dispositum, locum e tiam habet in altero. *l. fin. C. de indict. vid. coll. l. ult. ff. de adoption. l. i. C. de eupress. ex luc. Nic. Eve. hard. in Top. legal. in loc. à correlativis. n. 3. & seqq.*

III.

NATURA LEGITIMI sunt, quos justæ nuptiæ demonstrant. *l. quia §. ff. de in jus vocand. arg. pr. & §. fin. Inst. de patr. potest. §. pen. Inst. de nupt. qui vel mares sunt vel foeminae, & utriq; primi vel ulterioris gradus.*

IV.

De Ascendentium itaq; successione quando quaeritur, videndum ante omnia, an Soli veniant ad liberorum hereditatem, an cum aliis, *Ausb. de functo. C. ad SC. Tertyll.*

V.

Si **SOLI**, tum vel in Primo existunt gradu, vel in Remotiori In **PRIMO** sunt Pater & Mater, qui hodie liberis æqualiter succedunt, sublata omni sexus differentiâ. *Nov. 118. c. 2. in pr.*

VI.

HODIE dixi, post *d. Nov. 118* Olim enim magna erat circa successionem hanc jurium varietas Nam Pater jure Decemvirali, non tantum filium ita habebat in sua potestate, ut jus vitæ & necis etiam ipsi concessum esset *l. in suis. 11. ff. de lib. & posthum. l. ult. C. de patr. potest.* sed & quicquid bonorum filius acquirebat, patri acquirebatur, adeo ut neque momento aliquo subsistere in persona filij posset *l. placet. 79. ff. de acquir. hered.*

VII.

Und: eveniebat, ut, cum bona filii omnia patris essent propria, amplius ipse per hereditatem fieri non possent *§. sed si rem. 10. Inst. de legat. §. sic itaq; 14. Inst. de action. l. cum res. 4. l. si mater. 10. C. de contra h. empt.*

VIII.

Esti verò favor militiæ, tam togatæ quam armatæ, castrensiâ & q; castrensiâ peculia filiis largiebatur, in quibus loco patrum fam. habent-

habentur. l. 2. ff. ad SC. Maced. l. 1. §. nec castrense. 15. de collation. l. 6.
in. pr. ib. exceptis castrensib. C. de bon. qua lib. pr. Inst. quib. non est
permiss. fac. testam. illa tamen adhuc patri non quasi hereditas,
sed quasi peculium deferbantur. l. filius fam. 2 ff. de castrens. pecul.
l. ult. in pr. ff. ad SC. Tertull. l. intelligis. 5. C. de castrens. pecul. milit.

IX.

Ab hac regula excipiebatur primò ille casus, quando parens
specialiter contractâ fiduciâ filium vel filiam, nepotē vel neptem
& deinceps emancipasset, tum enim ad legitimam emancipato-
rum successione[m] vocabatur, quod Justin. in l. ult. C. de eman-
cipat. in omnibus emancipatis locum habere constituit. §. fin.
Inst. de legit. agnat. success. prout plenius declaratum est à Fôrst. de
success. L. 7. c. 2. n. 6. & seqq.

X.

Deinde excepta sunt ab Imp. Constantino bona materna l. 1. C.
de bon. matern. ab Arcadio & Honorio bona materni generis. l.
quicquid 2. eod. Theodoro & Valentiniano, lucra nuptialia l. 1. C.
de bon. qua lib. Leone & Anthemio ex sponsalibus obvenientia
non nisi. §. C. d. t. & tandem à Justiniano omnia bona adventitia
l. cum oportet. 6. eod. §. 1. Inst. per quas pers. cuiq. acq. in quibus
patri post descendentem & fratres filii de functi, quoad proprietate[m],
jus succedenti tribuitur. l. sancimus. 11. C. commun. de success.
donec secundo ordine pater & reliqui ascendentes in d. Nov. 118.
vocati sunt.

XI.

Matri verò l. 12. tabb. hereditatis liberor. in capiendâ jus dene-
gab. t. pr. Inst. de SCI. Tertull. eò quod consanguinea filio non
esset. Paul. 4. sentent. 8. §. femina. 3. Ulpian. in fragm. tit. 26. §. ad
feminas. 6. nisi in manum viri convenisset: tum enim, quia con-
sanguine efficiebatur Vlp. d. tit. 26. §. ad liberos. 7. & tit. 22. §. sui
heredes. 14. Gajus Lib. 3. Inst. tit. 16. collat. LL. Mosaic. relatus à
Goth. in fragm. LL. 12. tabb. tit. 20 §. 7. etiam filiis & filiabus suc-
cedebat. Cujac 11. Obs. 26. conf. Hillig. ad Donel. 9. con m. 2.
lit. B.

XII.

Sed quis iniquum eriat, in universum eas quasi extraneas ter-

pell: ideoq; primo Praetores ex proximitate cognatorum eas ad
successionem post agnatos, bonorum possessione, Unde cognati,
accommodatâ, vocabant, *d. pr. Inst. de SCt. Tertull.*

XIII.

Postea Div. Claudius matri cuidam ad Solatium liberorum
amissorum legitimam eorum detulit hereditatem. §. sed hæc juris
augustiae, *I. Inst. d. r. Sueton. in Claud. c. 16.*

XIV.

Verum quia optimus Princeps sine exemplo matri illi subve-
nerat, nec jus generale effecerat, supervenit SCtum Tertyllia-
num, quo cautum est, ut mater ingenua trium liberorû jus ha-
bens, libertina quatuor, ad bona filiorum filiarumve admitta-
tur intestato mortuorum. §. postea. *2. Inst. d. r. Ulpian. d. r. 26.*
§. fin.

XV.

Praeferebantur autem hoc casu matri 1. liberi defuncti primi &
ulterioris gradus. §. praferuntur. *3. Inst. & l. si ve. 2. §. liberi 6. cum
seqq. ff. ad SC. Tertyll. 2. Pater naturalis, non adoptivus. d. §. 3. d.
l. 2. §. objicitur. 15. 3. avus (qui regulariter non admittebatur) si
ex filio nepotem manumisisset. l. aequissimum. §. ff. d. r. 4. frater con-
sanguineus tam filii quam filiae, non soror, quæ tamen pariter
cum matre ad mittebatur. d. §. praferuntur. 3. d. l. 2. §. si sit consan-
guin. 18.*

XVI.

Hæc, quia contra pietatem (quæ matri & naturali ratione; &
ob puerperium, partusque periculum debetur) Justiniano vide-
bantur, remisit ipse non tantum SCi Tertyll. conditionem il-
lam Si ter peperisset &c. verum etiam constitutiones quasdam
anteriorum Principum, quibus tertia pars certis quibusdam ca-
sibus, (ut si pater vel filius emancipatus concurreret) matri ab-
strahatur, ut, pater ex *l. 1. l. 5. & l. 9. C. Theodos. de legit. hered.*
sustulit, cum solis sororibus in dimidiam: cum fratribus verò, si-
ve solis sive sororibus concurrentibus, in virilem portionem eam
vocando. §. sed cum. *5. Inst. de SCt. Tertull. l. ult. C. cod.*

XVII.

Post omnes itaq; veteris juris modò enumeratas ambiguita-

tes Justinian. in d. N. 118. plenissimum jus succedendi matribus concessit, adeo ut hodie una cum patribus a quis partibus admittantur, nec ab illis excludantur, quod olim quidem obtinuisse ex d. S. praferuntur. 3. v. pater & d. l. 2. C. de SCe. Tertyll supra demonstravimus.

XIIX.

Huic juris antiqui dispositioni consonare videtur Jus Saxon. Ita enim habet textus L. 1. Landr. art. 17. Stirbet ein Mann ohne Kind/ sein Vater nimpt sein Erbe/ hat er des Vaters nicht/ es nimpt es seine Mutter mit mehrem rechten/denn seine Schwester oder Bruder.

XIX.

Qui textus, licet in se non sit obscurus, diversimodè tamen ab Interpp. Juris Saxonici explicatus est. Alii enim patri quidem concedebant integram hereditatem ita tamen ut matri legitima praestaretur, cum illa non veniat in generali hereditatis ademptione. l. si quando. 25. S. & generaliter ubi Dd. C. de inoff. testam. Alii dimidiam partem patri ex sua persona, & alteram dimidiam ex matris, curatorio tamen nomine, eidem tribuebant, cum & alias Jure Saxonico maritus uxore curae suae commissam habeat. Dani. Moller ad const. Elect. 17. par. 3.

XX.

Hanc interpretationis varietatem & sententiarum inde resultantium diversitatem, ut Augustus Elector tolleret, constituit secundum juris communis dispositionem (praesertim cum nec in pronunciando quidem textus ille juris Saxonici observatus fuerit. Consult. const. Saxon. part. 2. q. 33. in fin.) utrumque parentem ad successionem liberorum simul admittendum esse d. const. 17. part. 3.

XXI.

Praefertur tamen mater patri, de jure Saxonico, in utensilibus filiae. per text. Landr. L. 1. art. 27. quippe quorum ille incapax, nisi in pecuniã conversa fuerint. Resol. Scabin. Lipsens. q. 17. Unde si uxore mortuã filiabus pro Gerada certam pecuniã summam persolvit pater, portionem filiae morientis ipsi, non reli-

D 3

quis

quis sororibus sequi, tradit Schurer. *de special. in success. ascend.* tit. II. pag. 204.

XXII.

In REMOTIORI si inveniuntur gradu sunt vel Unius lineæ, vel Diversæ. ILLI vel Pares sunt gradu vel Impares.

XXIII.

PARES gradu æqualiter succedunt, puta si avus & avia paterna ad nepotis vel neptis successionem vocentur. *d. Nov. 118. c. 2. v. si autem eundem.* tum enim eadem, quæ de patre & matre dicta sunt, observanda veniunt.

XXIV:

IMPARES si sunt, proximior remotiorem excludit, p. si avus vel avia cum proavo super sint. *d. c. 2. v. Si autem plurimi. Auth. defuncto. ib. salvâ gradus sui prerogativa, C. ad SC. Tertuill.* ita ut pater vel mater avum, & rursus avus vel avia proavum vel proaviam excludant. *Schneid de success. parent. nat. & legit. simul. n. 20.*

XXV.

Jus enim representationis in linea ascendentium locum habere non potest, tam propter commune parentum votum, qui id circo filios filiasve concipiunt, atque edunt, ut ex prole eorum earumve diuturnitatis sibi memoriam in ævum relinquunt *l. liberorum 220. in fin. ff. de V. S. quod per parentes fieri non potest: tum propter naturæ ordinem, qui filios in parentum locum substituit; non contra, arg. l. nam etsi. 15. ff. de inoff. testam. & d. l. liberorum 220.* Jura autem civilia naturæ cursum, quantum fieri potest, imitari solent. *§. minorem. 4 Inst. de adopt. l. si tibi. 8. §. unius. 2. ff. option leg. Forst. L. 7. de success. c. 4. n. 23. & seq.*

XXVI.

HI verò eodem jure gaudent, adeò numero & gradu. æquales æqualiter succedant, veluti si avus & avia paternæ, cum avo & avia maternæ lineæ, consutrant. *d. Nov. 118. c. 2. v. si autem eundem habent gradum,* Gradu autem in æquales. p. avo paterno cum proavo materno vocato, remotioris exclusionem pariant *d. c. 2. v. si autem plurimi, & d. Auth. defuncto.*

XXVII

XXVII.

Sin parentes diverse lineæ æquales quidem sunt gradu, dispa-
res autem numero, non æqualiter in capita, sed in stirpes, ut ex
communis tradit Forst. d. L. 7. c. 4. n. 5. vel in genera, prout cen-
set Ranchin. de success. § 3. n. 11. & cum eo Hillig. ad Danel. 9.
comm. 2. lit. E. succedunt. Unde si avus adsit paternus, & avusa-
viaque materna, tum ille medietatem unam, hi verò alteram ac-
cipiunt. d. c. 2. vers. si autem eundem. Forst. d. c. 4. n. 5. Schneid.
d. loc. n. 22.

XXVIII.

Neque tamen cum Bart. distinctio bonorum hoc in casu
statuenda est, quasi paterna paternis, & materna maternis ascen-
dentibus tribuenda essent, planè & contra rationem juris, & in-
tentionem ipsius Justiniani.

XXIX.

Contra rationem juris: quia regulariter in delatione heredi-
tatis non consideratur causa & origo acquisitionis, sed sola per-
sonas acquirentis, idq; vel ex ipsiusmet Bart. traditis ad l. fin. in
fin. prima quest. ff. ad S. C. Tertyll. cum hereditas semel acquisi-
ta aliis heredis cum bonis jungatur & consolidetur, unumque
parimonium esse incipiat. l. sed si plures. 10. §. filio. 2. ff. de vulg.
& pupil. Forster. d. loc. n. 16. & seqq.

XXX.

Contra intentionem Justiniani: 1. quia nulla est lex, quæ talem
distinctionem in hoc passu foveat. Non autem credibile est, Im-
peratorem, qui per d. nov. 18. omnes simul ab intestato cognato-
rum successione clarâ compendi usq; divisione se dispositurum
promisit, in præfat. d. nov. 18. tam necessariam divisionem omi-
sisse, præsertim cum sine difficultate illam adjicere potuisset. arg.
l. un. §. ubi a. 11. in fin. C. de caduc. toll. & quod lex non dicit nec
nos dicere debemus. Nov. 2. c. 3. v. sicut enim patres. l. illam. C. de
collatione.

XXXI.

Imò (2.) manifestè rejecit hanc distinctionem Imp. in d. c.
2. Si autem eundem (inquiens) habent gradum (de ascendentibus

bus loquitur) ex æquo inter eos hereditas dividatur, utj medietate quidem accipiant omnes à patre ascendentes, quancunq; fuerint: medietatem verò reliquam à matre ascendentes, quancunq; eos inveniri contigerit. En medietatem hereditatis parentibus utriusq; lineæ tribuit. Hereditas autem omne jus quod defunctus habuit, complectitur. *l. hereditas, 63. ff. de R. I. l. nihil aliud, 24. ff. de V. S.* quis itaque universi hujus juris medietatem unienique tributam esse negaverit?

XXXII.

Facit (3.) quod positâ hac distinctione, consequeretur, ævum paternum, etiam matre extante, in paternis bonis nepoti posse succedere, nec per matrem excludi, quod iis, quæ supra *th. 24. dicta sunt*, è diametro contrarium, atque hoc modo Justinianus in uno eodemque §. sibi ipsi contradiceret, quod dictum maximè absurdum. Talis autem interpretatio, ex qua absurdus intellectus sequitur, sine dubio rejicienda est. *Nov. 2. c. 3. v. alioqui ex absurditate. Nic. Eberh. in Top. Legal. in loc. ab Absurdo.*

XXXIII.

Atque ex his similibus fundamentis impugnant hanc Bart, opinionem Bald. in *Auth. defuncto. C. ad SC. Tertyll.* & post eum Först, *d. L. 7. c. 4. n. 12. Fachin, 6. contro. 6. Henon. D. Inst. 12. th. 7.* & alii. Quin etiam in *Camera Imperiali* eandem rejici tradit *Mynsing. cent. 6. Observ. 55.*

XXXIV.

Cum aliis quando veniunt ascendentes ad successionem defuncti, sunt illi vel Fratres & Sorores, vel eorum earumve liberi FRATRES & SORORES vel ex Uno tantum, vel ex utroque latere defuncto sunt conjuncti.

XXXV.

ILLI ab ascendentibus omninò excluduntur, etiam si & defuncto & parenti superstite sanguine sint juncti, p. si Titius fratri consanguineo, non uterino, unâ cum patre suo naturali vellet succedere. Regula enim Justiniani est firmissima: quod parentes omnibus ex latere cognatis præponatur; exceptis solis fra-

fratribus ex utroq; parente defuncto conjunctis. *d. Nov. 118. c. 2. in pr. Auth. defuncto. C. ad SC. Tertyll.* Fratres autem illi consanguinei vel uterini defuncto ex latere sunt cognati, neque tamen ex utroque parente conjuncti: Sequitur ergo necessario, quod una cum parente non admittantur. *Exceptio enim confirmat regulam in casibus non exceptis, Nic. Everhard. in loc. ab except. ad regul.*

XXXVI.

Nec infringit nervum hujus argumenti replicatio *Da. Val. Först. in addit. ad d. c. 9. L. 7. de success. fol: 538. lit. D.* qua contendit, verba *d. c. 2.* loqui de eo casu, quando cum ascendentibus concurrunt fratres sanguine illos non attingentes. Nam 1. hæc responsio divinatoria est, ut patet ad litteram. 2. excluditur per universalem particulam *OMNES* 3. non patitur eam taxativa vocula *SOLIS*, quæ omnes, qui non ex utroque parente conjuncti sunt, excludit.

XXXVII.

Adducitur quidem in confirmationem *Nov. 2. c. 3. vers. sicut verò intestatus. ibi.* secundum quod à nobis sancitum est: quæ verba *l. ult. C. ad SC. Tertyll.* respicere contendit, quam *l. contrariam* fovere sententiam manifestum est. Verum ut maximè hæc concedantur, tamen quia *Iustinian. priores leges*, quæ pro hac causa (successionis ab intestato) positæ sunt, vacare, & de cætero ea sola servari iussit *in prefat. d. Nov. 118.* quæ ibidem constituit: merito *l. illa* finem suum consecuta est, & vigorem suum amisit. *Vid. Schmed. d. loc. n. 13. Fachin. 6. contr. 8. Hoeaon D. Instit. 12. th. 10. Gerhard. Dec. 11. th. 6. in fin. & th. 8.*

XXXIX.

Hi verò vel soli cum parentibus defuncti succedunt, aut cum illis fratrum liberi. Si *SOLI* fratres aut sorores ex utrisque parentibus conjuncti cum ascendentibus inveniuntur, cum proximis gradu ascendentibus vocantur, veluti si adsint avus paternus avus aviaque materna, & duo fratres utrinque conjuncti: tum quippe dividenda est inter eos hereditas secundum personarum numerum, uti & ascendentium, & fratrum singuli æqualem

E

lem

lem habeant portionem d. Nov. 118. c. 2. v. *sin vero cum ascendens*
sib. SchneideW. d. loc. u. 23. & seq. Schur. reg. spec. 2. ampl. 3.
Först. d. L. 7. c. 6. n. 6.

XXXIX.

Et hoc non tantum de parentibus primi gradus, p. patre &
matre, sed & ulterioris p. avo & avia, vera sunt, ut nec illi ex-
cludant fratrem germanum, & contra ab eodem non excludan-
tur: tum quia ascendentes usque ad tritavum & ulterius etiam
rectè dicuntur. Sup. th. 1. tum quia avus, præmortuo parente,
proximus est ascendens, quod requirit d. c. 2. v. *sin v. cum ascen-*
dentib. quippe quem tum temporis nemo antecedit. l. proximus
92. ff. de V. S. SchneideW. d. loc. n. 25. & seqq. Fachin 6. contr. 7.
Först. d. c. 6. n. 1. Henon. d. Disp. 12. th. 8.

XL.

SIFRATRUM LIBERI, quorum pater ex utroque parente
jungebatur, defuncto, cum fratribus similiter utrinq; conjun-
ctis, & parentibus defuncti sunt relictis, una cum fratribus illis
& parentibus vocantur, ita ut tantam accipiant (portionem,
quantam eorum futurus erat pater accipere, si vixisset N. 127. c. 1.
SchneideW. d. loc. n. 28. Schurer. d. reg. 2. ampl. 3. Först. d.
L. 7. c. 5.

XLI.

Quia tamen singulare est hoc privilegium, fratrum filiis con-
cessum, ad nepotes hoc extendendum non erit. S. sed & quod
Principi 6. Inst. de J. nat. gent. & civ. l. quod vero. 14. l. jus singulare.
26. ff. de LL. l. 1. §. 2. ff. de const. Principp. præsertim eum d. Nov.
127. filiorum tantum nomine utatur in Rubr. & d. c. 1. add.
Auth. post fratres fratrumq; filios. & gl. ibid C. de legit. hered. quo
casu non omnibus, qui post eos sunt, præstitum voluit hoc be-
neficium, sed illis tantummodò succursum, quos nominatim
enumeravit, inquit Callistrat, in l. liberorum, 220. in pr. ff. de V. S.
aliter enim filii, aliter nepotes appellantur S. fin. Inst. qui test.
tur. dar. poss. Schneid. d. loc. u. 31. Förster. d. c. 6. n. 3.

XLII.

Tandem SOLIFRATRUM FILII. nullo fratre germano su-
per-

perstite, ab ascendibus omnino excluduntur. 1. Quia collaterales omnes excluduntur ac ascendentibus, nisi nominatim sint excepti, *arg. d. Nov. 118. c. 2. & 3. in pr.* At fratrum filii, si soli & absque patris ad successionem adspirent, nullibi excipiuntur. Remanent itaque sub communi regula, & intertium ordinem rejiciuntur.

XLIII.

2. Quia semper sub expressâ illâ conditione: si cum fratribus defuncto utrinque conjunctis concurrant, vocantur *d. N. 118. c. 3. v. fin. autem. junct. pras. Nov. 127. c. 1. in pr.* cessante itaque illâ conditione, cessabit & dispositio.

XLIV.

3. Quia quando vocantur cum patris suis, non admittuntur ex propria, sed ex parentum personâ juræ representationis. *d. Nov. 127. in pras. ib. paternum ingredienti. junct. v. si vero. & junct. c. 1. ib. hoc corrigentes. & ib. tantam quantam ne nim. deterioris sint conditionis quam pater eorum futurus fuisset.* Atqui non extraneis patris, non habent hoc jus representationis. *d. Nov. 118. c. 3. v. sed & ipsi s,* quod malè correctum dicit Goth. *ibid. per d. Nov. 127. c. 1.* cum illa conceptis verbis loquatur de eo casu, ubi relictus sunt fratres, qui possunt cum parentibus & fratris premortui liberis succedere. Vid. Borch. *de grad. pag. 219.* Hoemon. *d. Disput. 12. thes. 9. Diss. Först. d. L. 7. cap. 7. n. 2. Schneidevv. d. loc. n. 29.*

XLV.

Jus Saxonicum hæc difficultates omnes refecavit, dum per ascendentes collaterales omnes excludit. Landr. *L. h. art. 17.* Stirbet ein Mann ohne Kind/sein Vater nimpt sein Erbe/hat er des Vaters nicht/ es nimpt es seine Mutter mit mehrem Rechten denn sein Schwester oder Bruder. stirbt es darnach/ so vererbet es darnach auff die Mutter/ ob sie im ebenbürtig ist. Adde Gl. 1. *L. 3. Landr. art. 38. n. 3. circ. fin. & gl. Weichb. art. 63. n. 5.*

XLVI.

Et si verò omnes textus, ex Jure Saxonico jam adducti, loquantur de Patre & Matre tantum, non de avo & ulterioribus:

idem tamen ut de illis etiam statuamus, tūm ratio in *d. art. 1.* subjecta: **Dass das Erbe nicht gehet aus dem Busen / dieweil der ebenbürtig busen da ist / Unde Zob. in addit ad gl. n. 3. L. r. Landrecht art. 3. hanc constituit regulam: Ist niemands niederwerts / so nemen das Erbe die auffwärts sein / vor allen andern / die seithalben darzu gehören sein: tūm communis fori observantia longā consuetudine (quæ optima leges interpretandi ratio, *l. si de interpretatione. 37. ubi Dd. ff. de LL.*) confirmata, Schneid. *d. loc. n. 35.* Ambr. Schuter. *d. tr. Rubr. Ascendent. divers. Saxon pag. 191. Fachs. diff. 24. Reinhard. p. 1. diff. 29.* tūm nomen Patris, quo in favorabilib. avus quoq; demonstratur. *l. iusta 201. ff. d. V. S. Bart. in l. liberor. ff. cod. omninò efficit.***

XLVII.

Et tentum de parentibus Legitimis Naturā: sequuntur **LEGITIME JURE**, quos facit vel Legitimatio vel adoptio.

XLIX.

LEGITIMATORUM liberorum parentes eodem jure, quoad successionem, utuntur, quod ipsis liberis in parentum bonis tributam esse diximus *Disputat. 1. thes. 118. & seqq. Successiones enim reciproce esse debent. argument. l. jam hoc jure. 4. ff. de vulg. & pupil. & l. lege. 14. C. de legit. hered.* Parentes quoque & liberi sunt correlata. Quod itaque in uno dispositum, in altero non immeritò valere debet, per ea quæ sub *thes. 2.* dicta sunt.

XLIX.

ADOPTIVI sunt vel Arrogatores vel Adoptantes in specie. **ILLI** arrogatis non minus ac parentes naturales succedunt: cum adoptivus patri arrogatori sit suus heres, & familiae ejus aggregetur, omniaque prisca patris arrogantis jura intacta remanserint, nec quicquam mutatum sit per *l. penult. §. sine C. de adopt.*

L.

Hoc tamen ut procedat, duo necessariò requiruntur: 1. ut arrogatus mortis tempore fuerit pubes; tūm enim procedit id, quod *thes. præc.* diximus, quod nim. arrogator, arrogato sine
liberis

liberis defuncto, solus existens inter ascendentes, solus etiam succedat, cum fratribus verò germanis in portionem æqualem admittitur, secundum deducta sup. *ib.* 17. & 38. cum seqq. Aliàs si intra pubertatis annos arrogatus decesserit, à reliquis ab intestato succedentibus planè excluditur. Debet enim cavere arrogator personæ publicæ, si intra pubertatem pupillus decesserit, restitutum se bona illis, qui, si adoptio facta non fuisset, ad successionem ejus venturi essent. §. cum autem. 3. Instit. de adoption. §. nunc autem. 2. in fin. Instit. de acquis. per arrogat. Forst. d. l. 7. c. 18. n. 3. & seqq. Schneid. de success. parent. legit. tant. n. 39.

LI.

2. Requiritur, ut tempore mortis in sacris patris arrogantis constitutus reperiatur, nec illa adoptio per emancipationem sit soluta. d. §. nunc autem. 2. ibi. mortuo autem filio arrogato in adoptiva familia. arg. d. l. pen. §. fin autem. 2. C. de adoption. Schneid. d. n. 39. in fin.

LII.

ADOPTANTES IN SPECIE sunt vel Extranei, vel Parentes naturales. EXTRANEI à filii adoptivi successionem omninò arcentur: Nam cum hoc in casu patri naturali integra omnia jura ita servantur, atque si in ipsius potestate permanisset, nec penitus adoptio fuisset subsecuta. §. sed ea omnia 14. v. hoc solito more Inst. de heredit. qua ab intest. l. pen. §. sed ne articulum. C. de adopt. §. sed hodie. Instit. eod. utique & jus successionis. d. §. sed hodie. & d. l. penult. §. sed ne articulum cum is casus solummodò exceptus sit, quo filio permittitur ab intestato ad patris adoptivi venire successionem. d. §. 14. v. hoc solito more. & d. §. sed hodie. quæ exceptio regulam esse in contrarium liquidò demonstrat. Nic. Everhard. in Top. loc. ab Except. ad regul.

LIII.

Eandem juris dispositionem multò magis ad matrem adoptantem, iis nimirum in casibus, quibus in solatium liberorum amissorum ex indulgentia Principis adoptare potest, extendendum esse, nulli dubitamus, cum nec naturales libero-

E 3

libe

in sua habeat potestate, *S. femina. 10. Inst. de adopt.* quæ ratio cum patres adoptivos extraneos excludat ab hereditate filiorum, multò magis in matrem militabit. Pater enim naturalis adhuc longè favorabilior est, cui ratione commiserationis, & ob summum moerorem & dolorem, quem ex filii obitu perferat, luctuosa & non grata filii sui hereditas, sed triste hoc luctum defertur, *l. scripto. 7. §. ult. ff. si tabb. test. null. ex tab. l. i. juve succursum. 6. in pr. ff. de I. dot. l. fin. C. de inst. & subst. l. fin. C. commun. de success. Först. d. L. 7. c. 18. n. 2,*

LIV.

PARENTES VERÒ NATURALES, p. avus maternus, vel avus & proavus paternus, aut pater etiam potestate patriâ prius per emancipationem solutâ, quin plenissimo jure adoptivis succedant, dubium est nullum: cum propter jus potestatis, quod, civili & naturali vinculo in ipsorum personam concurrente, ipsis intactum servatur. *d. §. sed hodie. in fin. & d. l. pen. in pr. v. ff. verò pater naturalis C. de adoption. tùm propter æquiparationem nostrorum adoptivorum cum arrogatis in hisce terminis, institutionem à Justinian. in d. §. 14. in fin. Instit. de hered. que ab intest. Schneid. d. loc. n. 38.*

LV.

Hactenus Legitimi: sequuntur ILLEGITIMI. qui itidem ad exemplum liberorum sunt vel Naturales, vel spuri, vel Incestuosi, vel Adulterini.

LVI.

NATURALES tantum liberis similiter, uti ipsis liberi naturales succedunt, in duas nim. uncias, si pater solus adsit, non exstantibus aliis liberis legitimè natis, & legitimâ conjuge vid. *Disp. 1. eb. 127. & seqq.* ita enim Justinianus in *Nov. 89. c. 13.* In quibus autem casibus (inquit) naturales filios vocavimus ad successionem, in iis quoque & ipsi decentem naturalibus patribus devotionem servent: eademque mensura, sicut parentes prospiciunt: naturalibus filiis, secundum nostram legem, & ipsi parentibus compensent, sive in successione, sive in alimentis, sicut, superius sancivimus. Idem habetur in *Auth. licet. C. de natural*

al. lib. que ex hoc cap. desumpta est. 1

LVII.

Mater verò, & reliqui per maternam lineam ascendentes, si soli sunt, naturalibus in solidum § *fin. Inst. de SCto Tertyll. § l. si de ingenua ff. eod. Sin cum patre vel cum fratribus & sororibus defuncto utrinque conjunctis concurrat, in duabus pater uncias succedit, reliquo dextante matri tribuendo, si sola cum patre adest, vel secundum personarum numerum inter matrem & fratres sororesque dividendo. *vid. d. Disp. i. tb. 127. § seqq. Ambros. Schurer. d. reg. spec. 2. limit. 7. Schneid. de success. parent. natural. tant. n. 43. Förster. d. L. 7. c. 17. n. 1.**

LIX.

SPURII. Patres, cum sint incerti, non vocantur. *l. spurius. 4. ff. unde cognat. Matres itaque & reliqui per ipsam ascendentes, eandem ob rationem inversam, admittendi sunt. §. fin. Instit. de SC. Tertyll. §. vulgò quasitos. 4. Inst. de success. cognat. Etiam si illi fratres sint, secundum tamen distinctionem. *tb. 136. d. Disp. 1. Schurer. d. loc. limit. 8. Schneid. de success. parent. vulg. quas. n. 46. Först. d. L. 7. n. 4. ubi n. 9. tractat illam quæst. An frater spurii præmortui excludat matrem a successione, vel saltè partem ipsi, Et cum ille frater pro uterino tantum reputetur, ipse faciat? potius à matre excluditur, per ea quæ sup. *tb. 35. § 2. seqq. habuimus.***

LIX.

INCESTUOSORUM & ADULTERINORVM successio planè Legibus est interdicta §. *si adversus ea. Inst. de nupt. conf. d. Disp. i. tb. 138. Alendi tamen erunt, etsi parentes legitimi non sint arg. l. si quis a liberis §. in pr. ff. de agnosc. §. alend. lib. l. nam etsi. 15. ff. d. inoffic. test. idq; vel maxime ex æquitate Canonica, ubi vis locorum approbat. *c. cum haberem extra de eo qui dux. in matr. c. per venerabilem. extra qui fil. sint legit. Schurer. d. loc. limit. 9. Först. d. loc. c. 19. n. 3. Schneid. de success. parent. intest. n. 49.**

LX.

Novissime sciendum est, Ascendentes jure regulari successio- nis FRUDALIS capaces non esse, *c. un. pr. denat. success. fed. 2. F. 30. § c. 1. patr. in feud. fil. non succ. 2. Feud. 84. Vult. 1. Feud. 9. n.*

10. pa. 551. Först. in addit. ad d. c. 4. Lib. 7. de success. n. 31. pag. 536.
Schurer. tit. 9. de spec. in ascend. success. pag. 189.

LXI.

Idque locum habet, si de feudo seculari loquamur, si Ec-
clesiastico Rosenth. s. 7. de feud. concl. 42. Schrad. part. 7. de feud.
s. 9. n. 1. si de antiquo, si novo Schrad. d. c. 6. n. 2. Vultej. d. c.
9. n. 101.

LXII.

Nam quod feudum antiquum & paternum attiner, fieri non
potest, ut in illo ascendentium aliquis succedat descendenti,
cum per illos ad hoc feudi istius possessio demum sit translata.
Novum verò mortuo sine descendentiibus acquirente, ad domi-
num revertitur. d. c. un. de nat. success. feud. quæ prima est ratio,
cur ascendentes à feudi successione arcentur. Vult. d. loc. n. 3.
Först. d. loc. n. 33. Myns. cent. 3. Obs. 93.

LXIII.

Addunt & alteram ex intentione contrahentium desuma-
ptam. Dominus enim idè feudum concedit, ut servitia sibi
præstentur. Ad illa autem liberi & descendentes reliqui indies
magis magisque idonei redduntur: parentes porro ætate ingra-
vescente minus apti & idonei. Illos itaq; potius quas hos feudum
habere intendit. Parens autem acquirens, secundum commu-
nem naturæ ordinem, sibi potius & suæ posteritati consulere
consuetur. arg. l. liberorum. 220. de V. S. Natura autem descenden-
tes vocat, non ascendentes, l. cum ratio. 7. ff. de bon. damnat. l. scri-
pto. ff. unde liberi. Liberi itaque & non parentes ex tacitâ hac,
feudum constituentium conventionis vocantur. Cujac. l.
Feudi.

LXIV.

Hinc apparet, dari posse casus, in quibus cesset hæc regula,
idque iterum ex conventionis contrahentium Tacitâ vel Ex-
pressa.

LXV.

TACITA, i. Si Dominus filio patris respectu feudum con-
cesserit, & propter benemerita patris. arg. l. fin. C. de usurfr. l. sed
et si

et si plures. 10. §. in arrogato. 6. ff. de vulg. & pup. l. de dia. 6. de collat.
honor. Först. d. loc. n. 36. Vult. d. loc. pag. 553.

LXVI.

2. Si pater favore filii feudum refutaverit, & filius ante patrem
moriatur, tum enim pater in feudo illo non tam succedere,
quam illud recuperare dicitur. arg. l. filio. 23. in pr. l. filius. 28. §. 1.
ff. de lib. & posthum. l. captum 9. C. de postlim. revers. Et si enim refu-
tatum sit feudum in manus domini, paternum tamen remanet.
c. 1. de vasa. decrep. et at. 2. Feud. 14. Myns. 3. Obs. 93. Först. d.
loc. n. 34.

LXVII.

EXPRESSA, si (3) expresso pacto inter Dominum & vasallum
convenit, ut ad parentem etiam transeat feudum à filio possessū
c. 1. patr. in feud. fil. non succed. 2. F. 84. Vultej. d. loc. pag. 552. Först. d. l. n.
38. quippe cum hoc interveniente pacto quilibet etiā extraneus
succederet. c. 1. de feud. non hab. prop. feud. nat. Förster d. loc. n. 35.

LXVIII.

Hinc descendit 4. casus, si nimirum statutum vel consuetudo loci
hanc ascendentium successionem approbet, licet de eo in iure
nostro feudali nihil reperiatur expressum, cum istæ consuetudi-
nes nec breviter dici, nec libello isto comprehendi potuerint,
c. 1. in pr. de feud. cognit. 2. F. 1. Nam quod pacto fit idem & statu-
to in feudo novo fieri posse tradit Schrad. d. c. 6. n. 3. v. idem juris.
& Vult. d. loc. pag. 553.

LXIX.

Jus quoque Saxonicum in successione feudali ascendentium

F

or.

ordinem non agnoscit. *Lehenr. c. 6.* Welcher Mann keinen Sohn hat/ der erbet die Gewehr des Guts an seinen Herren. & *clarius c. 21. eod.* Es vererbet niemand kein Lehen an einen andern/ ohn der Vater auff den Sohn/ qui textus de casu non existentium agnatorum intelligendi, ut notat *ibid. Zobel. & dictum est Disp. 1. 14. 103.*

LXX.

Interdum tamen & in allodiis excluduntur parentes à liberorum successione, vel in totum vel pro parte, prout demonstrat, & casus, respectu matris, recenset *Hillig ad Don. 9. comm. 3. lit. B.* & respectu patris, sicque utriusque parentis, *Schneidevv. de success. parent. natur. & legitim. simul. n. 15. & seqq. Fdrst. L. 7. de success. c. 9. & seqq. Schurer. reg. spec. 2. limit. 2. & seqq. Petr. Gregor. Tholosan. L. 45. syntagm. Iur. Univ. c. 10. n. 7. & seqq.* qui ne hodierno quidem jure correcti reperiuntur.

LXXI.

Inter illos autem potiores habentur tres subsequentes: 1. si mater 25. annis major. l. 2. C. si advers. delict. infra annum filio (cui nocuit tutorem non habuisse. l. 2. §. tractari. 44. ff. ad SC. Tertull.) non petiit tutorem, in pupillari ætate morienti vult succedere l. matres. 5. C. ad SC. Tertyll. tum enim, quia ipsi non consulunt, ab ejusdẽ successione merito repellitur. *dd. ll. & §. pen. Instit. de SC. Tertull. Schneid. d. loc. n. 16. & seq. Schurer d. loc. limit. 4.*

LXXII.

2. Si tam pater l. generaliter. C. de secund. Nupt. Nov. 2. c. 2. & §. 1. quam mater ad secunda vota transeant: tunc enim, cum reliquis liberis, ad filij successionem venientes, excluduntur à proprietate suæ partis, respectu bonorum, ex conjugè præmorsuo, filio decedenti acquiritorum, & usufructu tantum illius partis

tis consequuntur, licet in adventitiis & castrensis pleno jure cum reliquis liberis, & si soli sint, in omnibus bonis succedant, l. *fœmina*. 3. in fin. C. de secund. nupt. l. *mater*. C. ad SC. Tertull. Nov. 22. c. 23. & c. 46. §. *si autē intestatus* 2. Auth. ex testamento C. de secund. nupt. Schneid. d. loc. n. 32. & seq. Schur. d. loc. limit. 2. Först. d. L. 7. c. 9, 11. & 14.

LXXIII.

Jure tamen Saxonico hæc non videntur recepta esse, sed parentes indistinctè ad liberorum successionem eo jure vocantur. arg. art. 23. Landr. L. 2. ubi Zobel. lit. B. Nam & ascendentes, ut dictum est sup. th. 45. seq. excludunt omnes collaterales, ut requisitum illud Juris civilis, pluralitas nim. liberorum simul succedentium, hic deficiat. Atque ita sentit etiam Wesenb. in addit. ad Schneidevv. d. n. 32. lit. A. qui dicit, se nunquam dispositionem juris civilis servari vidisse, neque etiam servandam putat, adde Schurer. d. loc. cit. 11. de ascendent. divers. Saxon. pag. 201. in fin.

LXXIV.

3. Si luxuriosè vivant parentes, & per libidinem in corpus suum peccent, hereditate liberorum etiam quoad usumfr. privantur Nov. 39. c. 2. in fin. Idque exinde multò magis dicendum, cū & secundò nubentes (qui tamen legaliter castè vivere dicuntur in Nov. 2. c. 3. v. *si vero intestatus*.) pœnis civilibus subjiciantur, ut constat ex præc. Multò itaque magis illi, qui contra leges luxuriantur. arg. d. v. *si vero intestatus*. §. l. *nec ex vera*. 9. C. de acquir. vel amit. poss. Nie. everhard. in Top. legal. loc. a Majori. Schneidevv. d. loc. n. 15. Schurer. d. reg. spec. 2. limit. 3.

LXXV.

Hoc similiter correctum esse videtur Jure Saxonico, per text. Landr.

Landr. L. 1. art. 5. Ein Weib mag mit unkeuschheit ihres Leibes
ihre Weibliche Ehre krencken/ ihr Recht verlaufft sie aber damit
nicht/ noch ihr Erbe. Vid. Zobel. in addit. ibid. § gl. n. 6. Ambr.
Schurer. d. t. II. de Ascendent. divers. Saxon. pag. 203


*Es tantum de secundo succedendi ordine
anim Ascendentium.*




X 2615909

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

M. A. 32 46
REUSNERI Jcti 6
rimmi,
ccessionis Le-
e,
SECUNDA 1654 5
SSIONE
ENTIUM.

m
im. à Facultate Juridicâ in illustrâ
itteberga
IDE
ICHORIO
J. V. D.
um ventilationi subjicit

CHRISTOPHORUS
ll. Saxo
ureconsultorum
Julii
GÆ
mannHaken

